

Gbd

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Meier, Iohann Joachim

PROGRAMMA
QVO AD
ORATIONES TRES
IN FINE
EXAMINIS PUBLICI
HABENDAS
OMNES BONI
INVITANTVR

AK



Secundis illis, qvibus superstitione Papalis imperium in mentes hominum tenebat, Scholaisticorum tricas & ineptias omnibus in scholis regnasse, lingvarum vero studium nimis abiectū atq; humile monachis, ignorantiae istis fraterculis, visum fuisse, sciunt omnes, qvi medii ævi historiam vel leviter degustarunt. Cum autem capta Constantinopoli viri docti Saraceni jugi impatiens varias orbis partes adirent, in Italiam primus venit *Immanuel Chrysoloras*, Byzantinus, qvi Italos somno inertiae & ignaviae sepultos, primus excitavit, & ad literarum Græcarum amorem pellexit. Dici non potest, qvam avide Itali has literas arripuerint, ita ut hodie inter eruditos adhuc celebrentur, *Bessarion Cardinalis*, *Fr. Phileolphus*, *Arygropulus*, *Theodorus Gaza*, *Pomponius Lætus*, *Joh. Picus Mirandulanus*, aliiq; plures, inter qvos *Georgius Typhernas* & *Hieronymus Spartiata* Praceptor *Joh. Capnionis* s. Reuchlini non tacendi sunt. Atque adeo per singularem Dei siebat providentiam, ut reiectis qvisquiliis solidiora gustarent & nostri Germani, sensimque viris doctis aperiebantur oculi, qvi errores Papales, sub ignorantiae nube diuisi & feliciter latentes, detegebant. Instituebantur Coilegia, Gymnasia & scholæ, in qvibus juvenitus ad literarum studia excitabatur: accedebat etiam divinum typographiæ beneficium, quo optimi codices ex pulvere & situ imo iplo orco protracti, ad plurimorum manus perveniebant, præcipue cum viri doctissimi typothefiæ e. g. Romæ, *Aldus Manutius*, in Gallia uterque *Stephanus*, in Germania, *Frobenius*, *Oporinus* *Commelinus* præsident. Interea hanc literarum auroram seqvebatur ipse lucis Evangelicæ sol, & *Lutherus* divinæ virtutis præsidio, & bona-

bonarum artium Palladio munitus, aggrediebatur
Goliathum istum, qui ex Tarpeja arce latis diu De-
VM/andatum in Israël conviciatus fuerat, Commoda
hic sece offert occasio disserendi quo in centu litera-
rum studia apud B. Lutherum fuerint, & an ipse pe-
ctus habuerit bonis artibus expolitum. Si nonnullos
ex Pontificiis audimus, dici non potest, quam pro-
brose hi in Lutherum debacchentur, & supinam il-
li exprobrent ignorantiam. Ita enim de eo ex Jesui-
tarum grege Jacobus Malenius: *Lutherus haris*
quam aris dignior, & doctor, sed absq; sapientia (a)
& alibi (b) agaso vix futurus, si ex virtutibus aestima-
retur. Pallavicinus Cardinalis, referente Seckendorf-
fio, nugatus est, in omnibus Lutheri tomis ne unam
quidem inveniri periodum, quae non incultum & agre-
ste quiddam sonaret. (c) Obstupescimus profecto ad
ineptissima horum hominum in virum doctissi-
mum convicia, qui ut Marfyæ de Apollinis cantu,
vel Tirefiae de coloribus judicant. Malenius quidem
cojus in Lutherum rabies & VIS AMENS jam-
dudum viris doctis innotuit, excusationem stultitiae
meretur. Jesuita enim animal est insigniter impu-
dens, quodq; praeter lingvam caninam & frontem
ferream nihil habet. Ad Paliavicinum autem quod
attinet, miraculo dignum est, eum ita sui obli-
tum esse, ut alio in loco, veritate coactus, ita de
*Luthero scriplerit (d): *Acuto vividoq; fuit ingenio,**

Anagr.

propensus ad studia literarum, & in iis corpore ac
mente indefessus. Imo si omnem perlustramus hu-
manioris literaturæ circulum, reperiemus nullam
partem sapientiae esse, quam Lutherus non percal-
luerit. Non autem hic quisquam opinetur, nos Lu-
thero nimium tribuere. Proclive enim esset, si id
per temporis inopiam, & infinitam propemodum

nego-

(a) in arte nova arg. p. 251. (b) ibid. p. 252. (c) Hist. Luth. lib. III, §. 134 (d) Hist. Conc.
Trid. I, I, c. IV.

negotiorum multitudinem liceret, ostendere, quantum Lutherus Polyhistor, quantum Grammaticus, quam dilertus orator, quam subtilis Dialecticus, quam praestans Musicus & Poeta, quam peritus Physicus, Geographus & Chronologus fuerit. Sed quemadmodum id in alium diem rejicimus, ita labem ignorantiae, quam Luthero inurere nituntur Romanenses, facili negotio eluemos, si de praefenti ostendemus, ejus eruditionem etiam apud professos hostes esse dilaudatam. Ita autem de eo Jesuita Mainiburgius (*a*) C' etoit un homme de beaucoup d' Esprit, de grande qualite, adroit, eloquent, tres bien j'ait de sa personne. Et Wolfgang Severo, Ferdinandi I. praceptoris hos acceptos fert versus Matthesius: (*b*)

Iapeti de gente prior major que Luther,
Nemo fuit, sed nec credo futurus erit.

Vides L. B. quanta vis sit veritatis, quae etiam juratis hostibus laudem extorquet. Plura adducere non licet, dum cogimur finire, qui vix incepimus. Cæterum dum crastino die Examini in hac instaurata schola primo habitu coronis imponitur, more ita recepto oratores qvosdam in lucem adspectumque proferemus. Dedit his stilum exercendi ansam Lutherus noster, qui Scholarum i^ēz^ox^oas in divina & plane incomparabili Homilia, daß man die Kinder zur Schule halten solle (reperitur Tomo V. Jen. Germ. p. 171 & seqq.) ita extollit, ut singula verba melle, selamo & papavere condita videantur.

Primus ergo

- JOHANNES WILHELMUS HARPRECHT, Nordb. scholam comparsabit porto, usuras oratione latina soluta.
II. JOHANNES CHRISTIANUS FRIDERICI Rosla-Zbur. dicet scholam esse Rempublicam. Perorabit prosaice.
III. FRIDERICUS CHRISTIANUS LESSER, Nordb. Finget scholam esse metallifodinam, carmine usuras latino heroco.
Ad hanc aug^ost^ow Oratorium Z. B. L. officio s^olenniter invitanus, Tibique mutua studia, amorem & obsequium lubentes deférinus. P. P. Nordhusen d. IV. Nov. 1711.

J. J. MEIER. R.

(*a*) Hist. Lutheram, cit. Wagens, locul. III, p. II, p. 588. (*b*) Matthes, Hom. XV, p. 189.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kann nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

KD7

RHD

Meier, Iohann Joachim

PROGRAMMA
 QVO AD
 ORATIONES TRES
 IN FINE
 EXAMINIS PVBLICI
 HABENDAS
OMNES BONI
 INVITANTVR

